Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



50

vem in nomine patris mei. et non accepistis me Si
alius venit in nomine suo illum accipietis Quomo
potestis nos credere qui gloriam abinuicem accipitis.
et gloriam que a solo deo est non quritis.? Nolite
putare quod ego accusaturus sim uos apud patrem.
Est qui accusat uos moyses in quo spatis Si
enim credetis moysi credetis forsitan et mihi.
de me enim ille scripsit Si autem illius litteris non credi=
tis. quomodo uerbis meis credetis.?

Audiuit
autem hodes tetracha fama de ihu. et omnia
que fiebant ab eo manifestum enim factum est nomen
eius. et hesitabat eo quod dicetur a quibusdam quod iohes
surrexerit a mortuis. a quibusdam uero quia helias appa=
ruit. ab aliis autem quod prophetam unum de antiquis sur=
rexit Et ait hodes Johanem ego decollaui quis
est iste de quo ego talia audio.? Et quirebat uidere
eum Et ait pueris suis hic est iohes baptista.
ipse surrexit a mortuis. et ideo uirtutes operantur
in illo Quem ego decollaui iohem hic a mortuis
surrexit.

Et reuersi apli nuntiantes ad ihm
renuntiauerunt ei omnia quae egerunt et docue=
runt. Et ait illis venite seorsum in desertum locum
et requiescite pusillum Et assumptis illis secessit seorsum
in locum desertum qui est bethsaida. Erant enim qui uenie=
bant et redibant multi. et nec spacium man=
ducandi habebant.